



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. De aliis duabus conditionibus, an eæ necessariò requirantur, vel
requiri possint ad obtinenda beneficia?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ad digniorem præferendum eum obliget) cum contraria sententia, neque semper utilior sit Ecclesiæ, neque expediendis collationibus prosit, cum scrupulosi Collatores multum de digniore essent inquisituri: Certè si Patronus dignum præsentet, quamvis digniorem prætermittat, debet is ab Episcopo institui. Censetur autem in hac materia dignior, non qui absolutè doctior, sanctior, aut majore virtute præditus est, sed qui ad officium, cui præficiendus est, est aptior propter potentiam, nobilitatem, agendi industriam &c.

§. III.

Quenam qualitates seu conditiones in particulari requirantur in ijs, quibus beneficia Ecclesiastica conferuntur?

Multa de hujus §. materiâ dicta fuerunt in lib. 1. Decretal. Tit. 14. De aetate & qualitate & ordine præficiendorum, quæ videti possunt.

§. IV.

De alijs duabus conditionibus, an ea necessario requirantur, vel requiri possint ad obtinenda beneficia?

Dubitatur primò an præsentia illius, cui confertur beneficium, sit conditio necessaria ad obtinendum beneficium, ejusque possessionem? Resp. negativè, quia absenti etiam Clerico confertur beneficium, etiam per intermediam personam, (si hæc habeat speciale mandatum ad acceptandum) & in eo investiri, ut ex dictis patet, & ex

c. *Accedens* 24. h. t. Et quamvis non sit, Clericum esse eum qui in tali beneficio, loco alterius, acceptum Procurator constituitur, absolute nec necessarium hoc non est, cum etiam Laicus procurator esse possit, & spirituale beneficium in principalem committere, veluti qui nudum ministrum in hoc negotio exercet.

Dubitatur secundo, an per statum vel consuetudinem induci possit, ut in nobilibus & illustribus, exclusis ignobilibus, cæterisquæ idoneis admittantur ad dignitates, & Canonicatus in Ecclesijs Cathedralibus? Resp. reprobat hanc consuetudinem in c. *Venerabilis* 37. h. t. ita ut nec per ullam antiquam diuturnam consuetudinem induci possit, multò minus per statum, cum, ut dicit Pontifex, Benedictus Argentinensi in Germania ecclesiæ quæ contra aliquem à Papa promotam in Canonicum excepit, quòd pro ecclesiâ illa nobilitatus sufficienter non & eminentem scientiam non habuerit generis, sed virtutum nobilitatem faciat Deo, & idoneum Ministerium & eminentis scientiæ homines ex omni ministeria dignitatum (præsertim inter regnæ nobilitatis homines) reprobant. Interim tamen negari non potest, multis Ecclesijs, præsertim nobilitatis, manz hanc consuetudinem tolerare graves scilicet causas, ipso etiam Pontifice si beneficia in suis v. g. membris presentia in tali Ecclesiâ conferat, ad consuetudinem talem attendente, & electionem contrariam non reprobatam quòd fortassis consuetudo talis à sua fundatione vigerit, si non ipsi

fundationi talis conditio inserta fuit; vel quod putent Pontifices, ad studia litterarum, & Clericis convenientes mores inducendos multum, pro honore Ecclesie, meliorem nobilium indolem excitari, si Cathedralium Ecclesiarum Dignitates aut Canonicatus solis illis pateant.

§. V.

An & quando beneficia secularia conferri possint Regularibus, & Regularia secularibus?

EX dictis jam patet, quod secularia beneficia ordinariè secularibus Clericis, Regularia verò Regularibus conferri debeant, neque enim convenit, ut ait Pontifex in *Clement. 1. de Elef.* homines disparis professionis, vel habitus simul in eisdem Ecclesijs sociari, posse tamen non tantum per plenitudinem potestatis suæ Pontificem secularia conferre Regularibus, & de facto sæpè Episcopatus conferri Regularibus, & secularibus, sed fieri etiam posse, ut quæ ex instituto suo regularia fuerunt, per continuum & pacificam 40. annorum ab uno, vel pluribus secularibus, beneficij talis habitam possessionem tanquam rectoribus in eo institutis, vi præscriptiois secularizentur, ex c. *Cum de beneficio* §. h. colligitur, si eo animo ac intentione collatum fuerit tale beneficium, ut possideatur à suo seculari Beneficiario, ut seculari: probabile tamen etiam est, quod si de anteriore statu beneficij nihil certi sciatur, utrum regulare scilicet ex sua institutione fuerit, quia nonnunquam per Regulares, non nunquam per seculares administratum fuit,

ultimus beneficij status attendi debeat, ad discernendum seculare num sit, an regulare, & juxta hunc conferri debeat.

S E C T I O V.

De pluraritate Beneficiorum compatibilium, & incompatibilium, secularium, & regularium.

§. I.

An licitum sit plura beneficia simul obtinere, & retinere, ac qualia?

CERTUM est, alia beneficia esse compatiblea, quæ simul retineri possunt, alia esse incompatiblea, non quidem, quasi talium beneficiorum retentio esset intrinsecè mala, quod dici non potest; cum in certis quibusdam circumstantijs, & legitimâ dispensatione suppositâ, talis retentio licita nonnunquam esse possit, sed quod vel ex jure naturali, & Divino, vel ex jure communi Ecclesiastico, vel ex consuetudine, statuto, fundatione &c. continuam residentiam personalem requirant, qualiter incompatiblea beneficia sunt duo Episcopatus, duæ Abbatiæ, duæ Parochiæ, & similia curata beneficia, duæ Dignitates sive Personatus, duo Canonicatus residentiam personalem, & continuam requirentes, beneficia uniformia sub eodem recto, sive in eadem Ecclesia, quæ scilicet erecta sunt in eadem Ecclesia, ad eundem finem, & idem prorsus onus, ac officium eodem tempore explendum &c. Quænam autem in specie incompati-